



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Loca Infesta,|| Hoc est:|| De Infestis,|| Ob Molestantes||
Daemoniorvm Et Defvncto-||rvm Hominvm Spiritvs,
Locis,|| Liber Vnvs.||**

Thyraeus, Petrus

Coloniae Agrippinae, 1598

VD16 T 1247

Cap. XXI. Quæ ratio & conditio formarum, quibus se Spiritus in locis infestis exhibent?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61332)

tes, & nobis loquentes imaginamur? & tamen hæc nulla aut vox, aut sonus ad nostras aures pertingit.

Varijs igitur, & non vno, modis contingit audiri Spiritus. *Vnus* est, in quo viventibus non illuditur: quia & verus sonus est, qui ad aures deferatur; & verè ab iis corporibus excitatur, à quibus excitari creditur. *Alij* sunt, quibus viventibus illuditur: qui & ipsi *varijs* sunt. 23o

Contingit primò viventibus illudi non quidem obiecto auditus (sono inquam) quasi reuera, is non sit, qui ad aures deferatur: sed soni *authore* & causa: dū malleis, vel gladiis, vel suppellectilibus iudicatur excitari, qui non nisi concusso aere excitatus est. Secundò illudi contingit, quādo iudicatur *extra* hominem factus, qui in homine prope, vel in miringa excitatur. Quemadmodum enim in externo aere sonos possunt efficere Spiritus, qui ad hominum aures deferuntur: ita possunt in ipsa aure: qui tamen ab audientibus illum, extra aurem factus credatur. Et his duobus modis, quemadmodum & primo, *verus realis*, sonus percipitur semper. 24o

Aliquando nullus *realis* sonus est, qui percipitur: percipi tamen iudicatur, quemadmodum in phreneticis, & dormientibus accidere diximus. Atque hoc *dupliciter* accidit, deriuatione specierum soni ad organum sensus; & imaginatione. Hic solius imaginationis est operatio: vbi aliqua auditus. Sed hæc alterius loci. Nostra prosequamur. 25o

CAP. XXI.

Quæ ratio & conditio formarum, quæ in oculos incurrunt: quibus se viventibus Spiritus & Spectra exhibent.



Vem in iis, quæ auditui obiecta sunt, ordinem seruauimus, idem in rebus visis seruandus est. Principiò de visarum rerum conditione; tum deinde de modis, quibus Spiritus, & Spectra conspiciuntur, agendum est. 1.

In priori illo *tria* quærentur. Primò, Vtrum *reuera hoc sint*, quod videntur Spectra. Secundò, si reuera hoc non sunt, An *quādo* ita videntur, *sint saltem res animatae*. Tertiò, An si animatae non sint, *reuera saltem sint corpora*. 2.

L 2

Quis

3. Quia verò præcipuè tribus formis diuersis se Sp. *Stræ* exhibent: viuentium conspectui; humana, scilicet, brutorum, & monstrorum: *primū* illud triū explicationem postulat: quæ sunt. 1. An veri sint *homines*; qui videntur humana forma. 2. An vera *bruta*; quæ brutorum conspiciuntur specie. 3. An vera *monstra*; dum monstrorum occurrunt formæ.

4. *Homines non sunt, qui forma humana videtur Spiritus: quacunq; etiam se forma simulent; tristi, læta, amica, horrida; graui, leui. Id in humanis Spiritibus certum est; propterea quòd defunctos illi referant; qui ad vitam non nisi grauissimo miraculo (quod hîc nullum est) reuocari possūt. In Diabolis verò multò est manifestius; cùm & illorum proprium sit hominibus illudere: & vires ipsorum tantæ non sînt, vt vel hominem producant nouum; vel à morte ad vitam reuocent defunctum.*

5. *Bruta quæ conspiciuntur, sæpe specie sui fallunt; aliquando etiam hoc sunt quod videntur: atque tum, vel, opera Spirituum, de nouo producta sunt; vel aliunde adducta fallunt plerunq; illa, quæ in tempesta nocte conspiciuntur; aut, si aliis temporibus, vsum diuturnum non habent: mox quæ euanescent; qualiacunque illa sint, siue perfectorum, siue imperfectorum animalium formas referant opera Spirituum aliquando illa producantur: quæ animalia imperfecta, siue incisa vocantur. Quando perfecta conspiciuntur, & vera sunt; non à Spiritibus facta sunt, sed aliunde adducta. Postremi huius generis (nam de cæteris constat) vnum producit B. Hieronymus in vita Hilarionis. Ad Hilarionem quoq; inquit, animalia quotidie pertraherentur; in quibus Bactrum Camelum enormis magnitudinis, qui iam multos obtriuerat, triginta & edo amplius viri, sol. d. s. mis funibus ligatum cum clamore adduxerunt: Sanguinei erant oculi, spumabat os, volubilis lingua turgebat; & super omnem terrorem rugitus personabat immanis. Iussit igitur eū dimitti Senex. Si atim verò, & qui adduxerant, & qui cū senerant, vsq; ad vnum omnes diffuzere. Porro ille solus perrexit obuiam & sermone Syro: Non me, inquit, terrore Diabole, tanta mole corporis & in vniuersa cula, & in Camelo vni: atq; idem es. Et interim perrecta h. abat manu: Ad quem dum furens, & quasi eum deuoratur a bellua peruemisset, statim corruisit, summissumq; caput terra coequauit. mirantibus cunctis, qui aderant, post tantam ferociam, tantam subito mansuetudinem. Docebat autem Senex, hominum causa Diabolum etiam iumenta corripere; & tanto eorum ardere odio; vt non solum ipsos, sed ea, quæ ipsorum essent, cuperet interrire. Hactenus B. Hieronymus.*

6. *Monstra, si quando videntur, prope modum semper opera Spirituū sunt.*

In genere animalium nullum nō videmus quale B. Hieronymus refert hominem equo mixtum; & aliud, fronte cornibus aspera, cuius extrema pars corporis in caprarum pedes desinebat. Quod si quidam, cum Plinio lib. 7. c. 2. Satyros subfolanis Indorum montibus tum quadrupedes, tum recticurrentes, humana effigie, admiserunt; nobis in hoc argumēto contrarij non sunt: quoniam hi ipsi Dæmonem prodent; ut per quos humanam sermonem sensumque mentitur, & humanam; aut etiam plusquam humanam vim atque sapientiā ostentat.

Igitur si reuera nec homines sunt, nec bruta, nec monstra, quæ cōspiciuntur; profectò errāt, qui in his ipsorū operationes, quæcunq; tandem illæ sint, posuerint: aut operationum principia & organa: aut quicquam, quod illa pro conditionis suæ ratione postulare potest.

An saltem sunt res viuentes & animatæ? Nec hoc sunt: Atque hoc secundo loco explicandum erat. Quomodo enim viuentes res dicemus, quæ neque in hominum sunt genere, neque in vllō brutorum animalium? Vnum genus formarum, quibus terrent & molesti sunt spiritus in numero viuētium posuero: illud scilicet, quod imperfecta animalia, quæ opera Dæmonum fieri possunt, repræsentat: præter hoc vix aliud.

Interim tamen, quod tertio loco dicendum est: corpora per se pesunt, quæ videntur Spectra; sub quibuscunq; etiam figuris videntur. Vera corpora sunt homines, qui conspiciuntur. Vera corpora, bruta animantia. Vera corpora, monstra.

Triplex autem generis hæc corpora sunt. Aliquando quidem vera & viua ipsorum, quæ videntur; quemadmodum illa imperfectorum animalium, quæ diximus: & perfectorum aliunde allatorum. Aliquādo vera quidem sed non viua, ut si hominis defuncti ex patibulo corpus circumferant. Aliquando nec vera, nec viua; ut si aliquod ex aëre forment; quod vel hominis, vel alicuius animantis externam formam simulet.

Per se pō diximus corpora esse, quæ conspiciuntur. Non enim semper sunt. Accidit nō rarò, ut corpora esse iudicentur, quæ oculis obiciuntur; corpora autem reuera non sint. Quemadmodum auditum fallunt, ita possunt fallere & fallunt visum Spiritus.

Ex dictis inferimus, quatuor modis Spectra oculis viuētium obici. Primus est in veris animalibus. Secundus, in animalium tantum corporibus. Tertius, in animalium tantum externis formis, non verò animalium corporibus, licet veris corporibus. Quartus, in animalium tantum formis, absque vllis vel alijs, vel animalium corporibus.

15. Quibus *verò modis* hac omnia Spiritus efficiunt? Hoc, quia ex di-
ctis haud difficile est conuicere, breuissimè nunc, non tam expli-
candum, quàm indicandum. *Vera igitur animalia*, si aliunde ad su-
um usum assumant Spiritus; re externa non indigent præstant ipsi
hac virtute, vt corpora possint de locis ad loca transferre. si pro-
ducant; rerum externarum operam requirunt; earum scilicet, in
quibus virtus qua animalia producuntur, quasi lateat.
17. Dum hominum, animaliumq; corpora exhibent, non plus no-
gotij habent, quàm dum viua corpora de loco transferunt ad lo-
cum: immò minus; propterea, quod hinc defunctorum corpora, quæ
resistere non possunt; vbi viua animalia, quæ resistere quodam
modo possunt, transferant.
18. Quod animalium formas in alieno corpore exhibent; ibi anima-
lium nihil est, præter externam formam, ad quam aerem, quo, vt
plurimum, vtuntur, aptant. Quemadmodum verò corpus hoc æ-
reum facillè dissoluitur; ita externa forma in aere efficta, euanes-
cit facillimè.
16. Quartus modus, quo visui maximè illuditur, varius est: pro-
ut varia sunt, quæ ad visum concurrunt: obiectum, medium, po-
tentia. Et nunc quid in obiectum aliter atque aliter afficiat: nunc
medium: nunc potentiam. Huius illud adiunxero, quo visus nihil
afficitur; sed omnis occupatio est in imaginatione. & imaginatio-
ne pericitur: quamquam viuentes, visum affici existiment. Hæc
breuissimè.

CAP. XXII.

*De ratione atq; modo, quo Spectra tangunt: vti-
onem & verbera viuentibus afferunt:
& necis causa existunt.*

Quod tactu viuentes aliquando Spiritus percipiant, cer-
tum est. Superius, Cap. 19. id pluribus est probatum, &
molestia, hominibus per Spiritus allata; quam, atli quan-
doq; aliis præcipuè tamè tactus sensu perceperunt. Quinq;
autem, in modis superius recensitis, diffi-ultatem habent, quæ hoc
capite explicanda sunt. Primum est, Verum ipsi Spiritus *vi tan-
gendi*, valere, & verè tangere dicendi sint. Alterum, Cur frigida ferè
percipiantur Spirituum, quæ tanguntur, corpora; aut certè non ita
calida tertium, Qua ratione *vstinou*, quam aliquando afferunt, sint
causæ. Quartum, Quomodo *verbera* & *vulnera* infligant, cum ar-
mis omni-